

# SAMLAREN

TIDSKRIFT UTGIFVEN

AF

SVENSKA  
LITTERATURSÄLLSKAPETS  
ARBETSUTSKOTT

*TRETTIONONDE ÅRGÅNGEN*

1918

UPPSALA

---

ALMQVIST & WIKSELLS BOKTRYCKERI-AKTIEBOLAG 1919



## Ur gamla anteckningar.

Af

**Henrik Schück.**

IX.

### Stadfästelsebrefven till Uplands- och Södermannalagarna.

Södermannalagen stadfästades af konung Magnus Eriksson i Söderköping den 10 augusti 1327. I konfirmationsurkunden framhålles först lagkodifieringens nödvändighet och därefter meddelas, att Södermanlands lagman Laurens Ulfsson berättat konungen, att södermännens lagar, som "ströningum" funnos i flera böcker, voro mörka och ofullständiga, och med anledning häraf hade han bedt konungen, att denne af särskild nåd skulle råda bot på dessa missförhållanden. Men konungen hade en tid tvekat att lyssna till denna bön, ty han ville ogärna ändra gammal lag. Omsider, då han än ifrigare bads därom, gaf han sitt bifall och uppdrog åt Herr Laurens att med kloke män i lagsagan utarbete en ny lag. Detta skedde genom en tolfmannanämnd, hvarefter lagen lystes å flera landsting, som utom beträffande två punkter antogo den. Sedan nämnden meddelat detta för konungen, gaf denne "af konunglico valde" den nya redaktionen laga kraft samt stadfästade den. Med samma kungliga myndighet befalde konungen alla södermän, så framt de ville vara i hans nåd, att lyda denna lag, som med så ofta upprepad bön blifvit af honom utvärkad.

Detta stadfästelsebref är emellertid med några smärre förändringar en ordagrann afskrift af det äldre stadfästelsebref, som Birger Magnusson den 2 januari 1296 (eller 1297) utfärdat för Uplandslagen. Men när så är, framställer sig helt naturligt den frågan, om icke Uplandslagens stadfästelsebref möjligen också är en afskrift af en äldre lagkonfirmation. Och för detta finnes åtskilligt, som talar. Konfirmationen passar nämligen icke — hvarken för 1327 eller för 1296.

1327 var Magnus Eriksson en elfva års gosse, som stod under förmyndare, och för en dylik situation lämpar sig alls icke den redogörelse för lagens tillkomst, som brefvet gifver, ty där framhålls hela tiden konungens personliga ingripande, liksom ock hans konungliga makt. I Södermannalagen kan detta dock förklaras däraf, att konfirmationen blott är en afskrift af Uplandslagens stadfästelsebref. Men där passar det lika illa. 1296 var äfven Birger Magnusson omyndig. Hans födelseår är ej känt, men var troligen 1280. Myndig blef han först 1297 eller 1298, men under de första åren af hans myndighetstid fördes regeringen fortfarande af marsken och rådet; denna förmyndarstyrelse fortfor till dess att alla tre bröderna blifvit myndiga. Icke håller Birger kan således på det personliga sätt, som brefvet angifver, hafva gripit in i lagstiftningsarbetet, och detta brefs fraser återspegla en vida starkare konungamakt än den, som Birger och Magnus Eriksson någonsin utöfvade.

Däremot äro ordalagen och berättelsen — *mutatis mutandis* — förträffligt i samklang med situationen på Magnus Ladulås' tid, ty han var icke blott en af den svenska medeltidens kraftfullaste regenter utan därjämte särskildt värksam på lagstiftningsens område. Och nu veta vi, att han stadfästade en lag, den förlorade Närkeslagen, som jämte Uplands och Södermanlands är den enda, som fått kunglig konfirmation; västgöta, östgöta, guta, vestmanna, dala- och hälsingelagarna voro med säkerhet icke stadfästade; hur det förhållit sig med den helt förlorade värmlandslagen och den blott till en mindre del bevarade smålandslagen, veta vi ej, men troligtvis voro ej håller de stadfästade.

Närkes lag åberopas första gången under Magnus Ladulås' regering 1278, då konungen skänker biskop Anund i Strängnäs Sigarö "legali sollempnitate secundum consuetudinem terre" (Dipl. n:r 645). Likaså omtalar konungen i bref af 1283 (Dipl. n:r 767) "Nærchie leges et consuetudines", och samma "leges terre" nämnas i ett Närkesbref af 1291 (Dipl. n:r 1033). Men enligt Telgestadgan af den 6 maj 1330 var denna lagbok utfärdad af Magnus Ladulås: "in libro vestro legali per magnificum principem dominum Magnum quondam regem Swechie avum nostrum karissimum condito".

När så är, synes det mig, som om man ej kunde tveka om originalet till Uplands- och Södermannalagarnas konfirmationsbref. Detta visar oss således formen för lagstiftningsarbetet under Magnus Ladulås' tid, icke under de båda förmyndarregeringarna, då det antagligen gick till på ett helt annat sätt. Oberoende af den omyn-dige konungen skötte Birger Persson och Laurens Ulfsson då nog arbetet tillsammans med landskapets tolfmannanämnd, och när detta arbete var färdigt, lät man helt enkelt, utan att man därvid tänkte på den förändrade situationen, rådet utfärda en kunglig konfir-mation, som blott var en afskrift af den, som förut fanns i den enda med kunglig stadfästelse försedda lagen.

## X.

### De spinea corona.

Vår kännedom om de officier, hvilka gå under biskop Brynolphus' namn, stöder sig på kanonisationsprocessen 1497. Den sjunde punkten i vittnesförhöret lydde:

“Item quod beatus Brynolphus, arma hostis antiqui ocia videlicet et voluptates euitare cupiens, tempora sua laudabiliter distinxerit, nunc orationibus et contemplationibus deuote vacando, nunc cantum et historias de Spinea corona precipue ob laudem et reuerentiam cuiusdam spine de corona domini, sibi per regem Norwegie sincera caritate directe ac eciam de beata virgine, de sancto Eskillo martire et de sancta Helena compilando, nunc dyocesis suam visitando, officium predicationis personaliter exercendo, nunc necessitatibus pauperum et peregrinorum et familie sue misericorditer prouidendo, et nunc edificia ecclesie sue reparando.” (Scriptores III, II, 142).

Enligt denna uppgift, hvars riktighet sedan vitsordades af de hörda vittnena, hade Brynolphus således skrivit fyra officier: De Spinea Corona, De beata virgine, De sancto Eskillo och De sancta Helena.

Om De Spinea Corona berättas vidare i de isländska Annålar (Flateyrbok III, 539) för 1274: “Philippus Franka konungr sendi Magnusi konungi i Noregi part af þornkrunu vars herra Jesu Christi“. Utförligare omtalas denna gåfva af Guillelmus Carnotensis (Monumenta Historiæ Norwegiæ 161—162). Denna och andra relikier deponerades först i domkyrkan och sedan i apostlakyrkan i Bergen. Om den heliga törntaggen berättade vidare ett vittne

(Scriptores III, II, 150) "quod rex Francie contulit regi Swecie (orätt: för Norwegie) tunc temporis unam spinam de corona spinea domini nostri saluatoris. Rex autem Swecie contulit eam dicto beato Brynolpho tunc episcopo Scarensi, qui ex eius veneratione et deuotione plurimum allectus, fecit nouam historiam de eadem corona spinea domini, referens se ad ecclesiam Scarensem, eo quod omni anno ibidem in venerationem dicte spinee corone domini eadem hystoria canitur secundum institutionem ipsius beati Brynolphi." Ett annat vittne tillade (Scriptores III, 165), "quod ob reuerentiam ipsius spine, quam alias contulit Rex Swecie eidem Sancto Brynolpho, celebratur festum terre de spinea corona in ecclesia et dyocesi Scarensi per dictum beatum Brynolphum, ut communiter ab omnibus dicitur et creditur, institutum. Dixitque fratres sui conuentus singulis annis eandem hystoriam, per ipsum beatum Brynolphum compositam, eodem die legere et cantare, quo in ecclesia Scarensi legitur et cantatur."

Något minne af, huru den heliga törntaggen från Norge kommit till Sverige hade man således icke, och man tyckes hafva antagit, att konung Filip direkt skickat den till Sveriges konung. Denna okunnighet är desto egendomligare, som officiet själf meddelar, att konung Håkan af Norge år 1304 i Lödöse skänkt denna tagg till biskop Brynolphus. En annan del tyckes hafva skänkts till konung Birger, ty 1311 upptager denne (Dipl. III, 30) bland sina dyrbarheter en "angelum cum spina de Corona domini". Med anledning däraf firades ock i Upsalastiftet en fest till den heliga törntaggens ära, och härför skrefs äfven ett officium — ett annat än Brynolphus'. Dennes officium De Spinea Corona tillkom kort efter 1304 och var väl det sista han författade.

Om officierna till Eskils och den heliga jungfruns ära innehålla vittnesmålen intet, men däremot om officiet öfver S. Helena. Ett vittne berättar nämligen, att när Magnus Ladulås förföljde Algotsönerna på grund af det bekanta klosterofvet, flydde Brynolphus först till Alvastra och sedan till Vadstena. Då han på Vettern råkade i sjönöd, "vidensque se cum suis in tantis periculis constitutum votum fecit beate Helene, speciali patrone Vesgotorum, quod

si ab huiusmodi periculis euaderet, in dei et eius honorem specialem hystoriam compilaret, et subito prospero ductus vento venit ad ecclesiam dicte Sancte Helene martiris in Skiodwe sue dyocesis, in vigilia assumptionis beate virginis, et festum ipsius assumptionis cum debita solennitate et veneratione reuerenter peregit — — —. Dictus itaque testis, ad faciendum nobis plenam fidem de hystoria predicta, eam in medium produxit et oculata fide demonstrauit cui-libet intuenti. Que quidem hystoria sic incipit: Salue decus patrie, mater deo grata, ad laudem Vesgotie celitus donata.“ (Scriptores III, 157).

Då klosterrovet skedde 1288 och himmelfärdsdagen firades den 14 augusti, skulle officiet således, så vida traditionen var riktig, hafva författats på hösten 1288.

Det viktigaste vittnesmålet aflades dock af helgonets efterträdare, biskop Brynolphus d. y., som om officiet De Spinea Corona “ad tollendum dubium, ne quidam crederent huiusmodi historiam Parisius factam, produxit coram nobis Commissariis ambas hystorias de spinea corona domini, tam illam que Parisius facta dicitur, quam istam de qua in dicto articulo fit mentio. Et consequenter alias hystorias ibidem produxit et in medium produci fecit in ipso sexto (= septimo) dictorum articulorum articulo nominatas, ostendens oculata fide, semper eundem dictanti modum in omnibus huiusmodi hystoriis observatum, eo quod ipse venerabilis predecessor suus dominus Brynolphus in responsoriis semper usus ricino (= ritmo) trimembri, et loco quarti membri, quod versus dicitur, semper ut dixit solitus est ponere unum metrum predicto trimembri ricino (= ritmo) in terminatione conforme. Et hoc ad oculum iuravit (= demonstravit) per singulas dictas hystorias transcurrendo, et sic fuisse et esse, prout supra deposuit, nosmet ipsi vidimus et audivimus“ (Scriptores III, 155).

Härigenom hafva vi erhållit ett ganska värdefullt kriterium på autenticiteten af de officier, som tillskrifvits Brynolphus. Responso-rierna bestodo enligt detta af tre rimmande verser. Detta är emellertid ytterst vanligt och således föga upplysande. Men viktigare är notisen om “versus“. Hvarje “versus“ bestod af en “metrum“,

hvarmed tydligen menas en hexameter, som rimmade med föregående responsorium, och detta är onekligen något högst originelt i medeltidens hymnpoesi. Granska vi versus till de olika responsorierna i Breviarium Scarense, finna vi, att uppgiften är riktig. Versus är väckligen på hexameter och rimmar med föregående responsorium, hvarefter sista versen i detta ånyo upprepas. Den versus, som följer efter Psalmus, är däremot på prosa. Då emellertid Klemming både ofullständigt och allt för fullständigt — genom att anlita ej blott Breviarium Scarense utan ock andra arbeten — tryckt dessa officier, meddelas här officiet De Spinea Corona efter Breviarium Scarense, som säkert återger det i den autentiska formen.

**In festo spinee corone domini. ad vespervas super psalmos  
feriales antiphona.**

Dies est leticie: dies gloriosa  
qua datur westgocie spina preciosa.

**Capitulum Canticorum III.**

Egredimini filie syon: et videte regem salomonem in dyademate. que coronavit eum mater sua.

**Responsorium.**

Flos de celis.

**Hymnus.**

Laudemus regem glorie: nostre coronam spineam  
imprimentes memorie: Christi cruore roseam.  
Rex regum regis filius descendit a regalibus:  
rex culpe spine nescius. est coronatus sentibus.  
Spine ferens ludibrium. rex spina carens. pungitur  
spineti purgat vicium. dum spinis punctus moritur.  
Gloria tibi domine pro corone virtutibus:  
redemptos tuo sanguine. Supernis iunge ciuibus  
Amen.

Henrik Schück

**Versus.**

Gloria et honore

**Super magnificat antiphona.**

O decus ecclesie spina salutaris:  
decor nostre patrie et spes singularis:  
congaudentes glorie tue. tueearis.

**Collecta.**

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui in memoriam passionis domini nostri iesu christi. coronam eius spineam veneramur in terris ab ipso gloria et honore coronari mereamur in celis. Qui tecum.

**Inuitatorium.**

Dyadema spineum Christi collaudemus.  
Sanguinemque roseum eius adoremus.

**Hymnus.**

**Laudemus regem.**

**In I nocturnam antiphona.**

Dies est leticie: dies gloriosa  
qua datur vestgocie spina preciosa.

**Psalmus.**

Beatus vir.

**Antiphona.**

Spinas flos sustinuit flos eternitatis:  
vita vitam tribuit morte. morti datis.

**Psalmus.**

Quare fremuerunt.

**Anthiphona.**

Noxa mortis nexibus Christus liberavit:  
et con fractis viribus mortis. mortem strauit.

**Psalmus.**

Domine quod multi.

**Versus.**

Gloria et honore corone.

**Lectio I.**

Ad laudem et gloriam saluatoris domini nostri iesu christi. Dies hodierna merito est memorie nostre commendanda et cum gaudio celebranda. Anno nostri domini MCCCIIII quarto nonas septembris vna spina de corona (quam dominus nostri iesus christus tempore passionis sue in proprio gestauit capite et suo sacrauit sanguine) a magnifico principe domino haquino rege norwegie illustri episcopo scarensi. prope ludosiam data et commissa est: et inde scaris ad ecclesiam sancte marie virginis deportata. Ubi cum summo gaudio et deuotis laudibus. a clero et populo ciuitatis et dyocesis est suscepta: et ibi diligenti custodie reuerenter commendata. Eo igitur die quo redemptor noster. tam precioso munere. auro vel argento incomparabili. terram westgocie ditare dignatus est. decet nos passionem eius ante oculos mentis nostre reducere: et sacrosanctam spineam eius coronam. deuotis laudibus attollere. vt corone celestis participes effici poscimus.

**Responsorium.**

Salue salus patrie: mundi medicina:  
serti regis glorie preciosa spina.  
Saluos nos in acie serues a ruina.

**Versus.**

Laudantes hodie te viuere da sine spina.  
Saluos nos in acie serues a ruina.

**Lectio II.**

Solicita igitur mente aduertite charissimi. quantum dominus iesus christus pro salute nostra humiliari dignatus est vt nos perditos ad celestis regni gloriam reuocaret. Descendit enim a regali solio sublimis glorie sue. in humilem puellam prime virginalis continentie voto sigillatam. O amanda o admiranda dignatio. Deus omnium conseruus seruorum apparere voluit: parum sibi visum est. patrem esse nobis: verum etiam frater noster esse dignatus est. Et cum nasceretur non erant cunabula. que teneritudinem suam exciperent: sed in vili presepio. inuolutus panniculis reclinatus est: et hoc ipsum a brutis animalibus mater sua accepit. Non cubat in delicijs splendidi cubiculi: nec inuenitur in terra suauiter viuientium.

**Responsorium.**

Flos de flore floruit deus maiestatis:  
 mundus hoc reffloruit flore dignitatis.  
 Spinas flos sustinuit nostris pro peccatis.

**Versus.**

Nobis condoluit flos summe nobilitatis.  
 Spinas.

**Lectio III.**

Infantia vero teneriori decursa. cum iam robustioris etatis plenitudo aduenit. missurus manum ad fortia. egressus in salutem populi sui. venit ad oues qui perierant domus israel. regnum dei annuncians. Virtutem diuinitatis ostendit in cunctis male habentibus. omnibus omnia gratis exhibens. Sed ingrati gratuitis beneficijs suis. vultum eius desiderabilem (in quem desiderant angeli prospicere: qui omnes celos addimplet leticia) pollutis labij sui sputis inquinauerunt: et tanquam seruum contemptibilem collaphizauerunt. Sed nos homines perditum totius confusionis sue causa extitimus: nos vnam acerbam comedimus: et dentes sui obstupuerunt.

**Responsorium.**

Spina spine iungitur: sertum preparatur:  
 flos spineti pungitur: spinis coronatur.  
 Virgis palmis ceditur: cesus morti datur.

**Versus.**

In cruce dum moritur homini celum reseratur.  
 Virgis.

**In II nocturnam antiphona.**

Que repellit vicia felix est punctura:  
 et que digna premia iustis dat futura.

**Psalmus.**

Cum inuocarem.

**Antiphona.**

Rex ad bellum properat: caput tegit spina:  
crucem portat: imperat hosti vi diuina.

**Psalmus.**

Exaudiat te.

**Antiphona.**

Regni rex etherei tecum fac letari  
quos de parti spinei serti das ditari.

**Psalmus.**

Domine in virtute.

**Versus.**

Posuisti.

**Lectio liij.**

Tandem induerunt eum tunica purpurea: et clamidem coccineam circumdederunt ei: et plectentes coronam de spinis. imposuerunt capiti eius: et regem clamantes crucifixerunt eum. Scripsit autem iohannes euangelista Exiit iesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum: vt quasi pugil martyr in armis et vestimentis rubeis apparet. Exeamus ergo ad eum egredientem extra castra: improprium eius. portantes: erumnam eius. nostram reputantes. Vt autem spinarum capitis sui in nobis aliqua similitudo appareat. detur quesumus menti nostre. salubris penitencie compunctio: et aliene miserie compassio: et stimulus zeli emulantis quod rectum est: vt ad eum conuertamur in erumna nostra. dum triplex nobis configitur spina.

**Responsorium.**

Dum Christus a crimine mundus emundauit  
suo sacro sanguine spinam hanc sacrauit.  
Sanguinis ex flumine victor triumphauit.

**Versus.**

In serto spine mortem moriens superauit.  
Sanguinis.

**Lectio V.**

Attendite charissimi quomodo progreditur coronatus quasi rex: sed eius corona mille puncturis speciosum eius verticem diulnerat. Illa autem spinea corona dicitur fuisse de iuncis marinis: quorum acies non minus dura est spina: et penetratiua: Unde et de capite eius sanguinem creditur extraxisse. Unde bernardus. Caput eius diuinum multiplici spinarum densitate vsque ad cerebrum confixus est. Regali purpura induitur: sed in ea despicitur. Verberibus laceratus pendet in medio latronum: cruci clavis ferreis affixus. et post mortem lancea vulneratus. copiosos sanguinis riuos ex vulneribus effudit. Videte quam speciosus forma pre filijs hominum. quam deformis propter filios hominum factus est.

**Responsorium.**

In figuris pluribus sertum figuratur:  
inter vepres cornibus herens demonstratur  
aries. Sic sentibus Christus coronatur.

**Versus.**

Praurorum manibus sua sancta corona paratus.  
Sic.

**Lectio Vj.**

Respice domine pater de sanctuario tuo: et intuere hanc hostiam quam offert tibi dominus iesus christus pro peccatis fratrum suorum: et esto placabilis super multitudinem malicie nostre. Gratias tibi domine referat omnis lingua: qui vnicum filium tuum pro nobis tradidisti. Et tu domine iesu christe quid amplius pro salute nostra facere debuisti et non fecisti? Ab ymo pedum vsque ad summum verticis. totum te in aquis passionis dimersisti propter nos.

**Responsorium.**

Populus perfidie speculum sanctorum  
sputis immundicie facit indecorum.  
Vincit auctor glorie regem inferorum.

**Versus.**

Vincens in facie spinam fert spes miserorum.  
Vincit.

**In III noct. antiphona.**

Celestis milicie regem incarnatum  
ridet plebs perfidie spinis cruentatum.

**Psalmus.**

Notus in iudea.

**Antiphona.**

Spina christum grauiter coronatum pungit:  
pena christi dulciter se laudantes vngit.

**Psalmus.**

Cantate.

**II Antiphona.**

Felix est conditio gloriose spine  
cuius confert punctio vitam sine fine.

**Psalmus.**

Dominus regnauit, irascantur.

**Versus.**

Eris corona glorie in manu domini. Et dyadema regni in manu dei tui.

**Lectio VII.**

Diligendus es nobis toto corde: tota anima: et tua nobis sequenda vestigia. qui pro nobis mori dignatus es. Ad tue passionis gloriosa insignia (in quibus salutem nostram operatus es) nos inclinamus: tuam victoriosam crucem adoramus: tuum spineum dyadema. tuo rubentes sanguine clauos. tuo sacrosancto lateri immersam lanceam. tua vulnera. tuum sanguinem. tuam mortem victoriosam. tuam gloriosam resurrectionem supplices glorificamus. Odor enim vite spirat nobis in omnibus his.

**Responsorium.**

Spina summum vulnerat ouium pastorem:  
vt per spinam conterat gregis inuasorem.  
Gratias grex referat laudans saluatorem.

**Versus.**

Hostem qui superat proprium fundendo cruorem.  
Gratias.

**Lectio VIII.**

Horum odore viuifico a peccati morte nos resuscita: et ab astucijs sathane nos custodi: confige manus nostras et pedes nostros: et totam passionis tue formam indue nos. Post diem autem laboris. mane sabbati perpetui nos resuscita: vt in carne videamus claritatem tuam: et impleamur leticia vultis tui.

**Responsorium.**

Sertum regum aureum respuit saluator:  
vincens portat spineum regum imperator.  
Sceptrum arundineum mundi fert creator.

**Versus.**

Regnum tarthareum spoliat celi dominator.  
Sceptrum.

**Lectio IX.**

Sed nunc benedicamus saluatorem nostrum: et magnificemus nomen eius: quod est sanctum: et delicijs plenum. Iesu redemptor perditorum saluator redemptorum inclita proles summi dei. Sit tibi cum patre et spiritu sancto. honor: et gloria. et graciaramactio per infinita seculorum secula. Amen.

**Responsorium.**

Flos de celis prodijt late dans odorem:  
mundum mundus adijt: mundi spernens florem.  
Spinas crucem subijt nostrum ob amorem.

**Versus.**

Ad celos redijt post sumptum sponte dolorem.  
Spinas.

**Versus.**

Tuam crucem

**Laudes.**

Christus spine nescius spinis coronatur:  
homo spine conscius spinam veneratur.

**Antiphona.**

Caput ledit punctio spine gloriose:  
membra sanat vinctio pene virtuose.

**Antiphona.**

Vide syon filia: spina pungit florem:  
per quem viuunt omnia spirat flos odorem.

**Antiphona.**

Sertum contumelie regi regum datur:  
per quod regnum glorie nobis reseratur.

**Antiphona.**

Pro certi virtutibus laus sit saluatori:  
qui pro peccatoribus est dignatus mori.

**Hymnus.**

Laudes ad laudes iungite: exultet celum laudibus:  
laudes corone psallite: gentes plaudite manibus.  
Angelorum rex capitur: sertum paratur spineum  
dum serto spine pungitur. regnum vicit tarthareum.  
Spina spineti gloria. oppressos spinis liberat:  
per spinam fit victoria. dum spina christum vulnerat.  
Gloria tibi domine.

**Versus.**

Eris Corona.

**Super benedictionem antiphona.**

Sertum contumelie tue iesu bone:  
det coronam glorie famulis corone

**Ad horas diei antiphona de laudibus.**

**Ad iij capitulum.**

Egredimini filie syon.

**Responsorium.**

Gloria et honor.

**Versus.**

Posuisti.

**Ad vj capitulum. Apocalypsis vj.**

Vidi et ecce equus albus: et qui sedebat super eum habebat arcum: et data est ei corona: et exiit vincens vt vinceret.

**Responsorium.**

Posuisti.

**Versus.**

Eris corona.

**Ad IX capitulum Ysaie xxviiij.**

In die illa erit dominus exercituum corona glorie: et sertum exultationis residuo populi sui.

**Responsorium.**

Eris corona glorie in manu domini.

**Versus.**

Et dyadema regis.

**Versus.**

Tuam crucem.

## In ij vesperis antiphona de laudibus.

## Psalmus.

Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. Laudate dominum omnes gentes.

Cetera ut in primis vesperis.

\* \* \*

I det äldsta Upsala-missalet (omkr. 1483) förekommer en sekvens De spinea corona, som likväl antagligen icke är af Brynolphus. Samma sekvens finnes ock i Upsala-missalet af 1515. Men däremot förekommer ej Brynolphus officium i dessa missaler. Sekvensen lyder:

Dyadema salutare  
 toto corde nos laudare  
 condecet et vocibus.  
 Voci vitam concordemus  
 vt coronam reportemus  
 pro corone laudibus.  
 Spina pungit campi florem  
 late spirat flos odorem  
 per quem viuunt omnia.  
 Caput ledit punctione  
 membra sanat vnctione  
 spinarum molestia.  
 Vide syon filia  
 corone ludibria  
 veri salomonis.  
 Aurum gemmas repulit  
 et coronam pertulit  
 tribulationis.  
 Spine pena Christum pungit  
 penas nostras Christus vngit  
 miranda dulcedine.  
 Iam fit dulcis presens pena  
 cruentata vite vena  
 spinarum acumine.  
 Ve corone superborum

spinam portat spreta florum  
 gloria rex glorie.  
 Spine plecta nostros plectit  
 inimicos et nos nectit  
 deo nexu gracie.  
 Spinas profert sceleris  
 ager ade veteris  
 terra maledicta.  
 Redit benedictio  
 dum fit spine punctio  
 carne benedicta.  
 Dum corona pungens cinxit  
 Christi caput et constrinxit  
 spinarum angustia.  
 Spine nostre confringuntur  
 nam dolores leniuntur  
 et purgantur vicia.  
 O quam felix hec punctura  
 cuius surgunt ex lesura  
 virtutes et premia.  
 Benedicta sit hec spina  
 per quam profluit resina  
 mala curans omnia.  
 Laudes ergo dominico  
 serto demus mirifico  
 voce plena.  
 Per quod salus acquiritur  
 vita redit mors moritur  
 perit pena.  
 Supplicamus iesu bone  
 nos perducas vi corone  
 ad coronam glorie.  
 Tua spina nos confortet  
 vt mens nostra leta portet  
 spinas penitentie.  
 Amen.

I Upsala-missalet 1515 p. 154 v—155 förekommer ett annat De spinea corona officium:

Gaudeamus omnes in domino: diem festum celebrantes sub honore corone domini: de cuius solennitate gaudent angeli: et collaudant filium dei.

**Psalmus.**

Omnes gentes plaudite manibus: iubilare deo in voce exultationis.  
Gloria patri.

**Oratio.**

Presta quesumus omnipotens deus vt qui in memoriam passionis domini nostri iesu christi: coronam iesu spineam veneramur in terris: ab ipso gloria et honore coronari mereamur in celis.

**Lectio libri sapientie.**

Qui tecum.

**Canticorum iij.**

Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israelis omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi. Uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani. Columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum: ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias hierusalem. Egredimini et videte filie sion regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius: et in die leticie cordis eius. Quam pulchra es amica mea quam pulchra es oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet. Veni de libano sponsa: veni de libano: veni coronaberis. Alleluia.

**Versus.**

Diadema spineum veneremur hodie cuius per aculeum sertum datur glorie. Alleluia.

**Versus.**

Surrexit christus et illuxit populo suo: quem redemit ipse sanguine suo.

**Tempore ascensimis.**

Alleluia.

**Versus.**

Ascendens christus in altum. *folio cvij.*<sup>1</sup>

---

<sup>1</sup> Där utföres versus: Ascendens Christus in altum: captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.

**Secundum Joannem XIX capitulo.**

In illo tempore: Apprehendit pilatus iesum: et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis; imposuerunt capiti eius: et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum: et dicebant: Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: et dixit eis: Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiuit ergo iesus portans spineam coronam: et purpureum vestimentum.

**Offertorium.**

Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

**Secreta.**

Tuorum militum rex omnipotens virtutem corrobora: vt quos in huius mortalitatis stadio vnigeniti filij tui corona letificat: consummato cursu certaminis immortalitatis brauium apprehendat. Per dominum nostrum eundem.

**Concio.**

Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso.

**Completorium.**

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt hec sacramenta que sumpsimus: per sacrosancte filij tui corone cuius solennia recensemur virtutem: nobis proficiant ad medelam. Per eundem dominum.